



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1842

IV. Markgraf Waldemar verleiht dem Johanniter-Orden das Patronat der
Kirchen zu Arnswalde und Freienstein, im Jahre 1309, nebst des
Markgrafen Ludwig des Römer Bestätigung dieser Urkunde, vom Jahre ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

posuimus et donauimus ciuitati. In predictorum omnium euidentiam et cautelam firmiorem et ne in futurum calumniari valeant, presentem litteram fieri iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus communiri. Testes huius rei sunt Albertus et Burchardus fratres comites de Lindow, Hasso de Wedele, Johannes de Aldenwelf, Curt de Quitzowe, Jost de Konigsmarck, Nicolaus de Esbecke, curie advocatus, fideles nostri milites, et alii plurimi fide digni. Actum et datum in Doffio, anno domini M. CC. LXXXVII. XVII. kal. Augusti.

Nach einer Copie auf Papier aus dem 17. Jahrhundert, welche im Geh. Ministerial-Archive befindlich ist.

III. Die Markgrafen Otto, Konrad und Otto, schenken der Stadt Freienstein die alte Stadtselle, im Jahre 1295.

Nos Otto, Conradus fratres et Otto dei gratia Brandenburgenses, Landisbergenses et Lusatiae Marchiones omnibus in perpetuam memoriam tenore praesentium publice profiteamur, quod nostris fidelibus Burgensibus de Vriensteyn locum antiquae Civitatis Vriensteyn cum omnibus areis adiacentibus, cultis et incultis, donauimus libere et quiete perpetuis temporibus possidendum, ita quod nullus nostrorum advocatorum et officialium praefatos Burgenses et eorum heredes veros in loco antea nominato impediatur seu molestetur. Testes huius sunt Henricus de wardenberch, buffo, Gercke de konowe, Iudeke de quitzowe, plate advocatus et alii plures fide digni. In cuius rei evidens testimonium praesens scriptum conferri iussimus, sigillorum nostrorum appensionibus roboratum. Actum et datum in Doffov, anno domini millesimo CC. LXXX. quinto.

Nach einer alten Copie im Erbregister von Freienstein.

IV. Markgraf Waldemar verleiht dem Johanniter-Orden das Patronat der Kirchen zu Arnswalde und Freienstein, im Jahre 1309, nebst des Markgrafen Ludwig des Römers Bestätigung dieser Urkunde, vom Jahre 1361.

Nos Ludovicus Romanus dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes palatinus Rheni et Bauariae dux, Recognoscimus, nos vidisse litteras quondam magnifici principis Woldemari, Marchionis Brandenburgensis, bone memorie predecessoris nostri, huius continentie et tenoris:

Nos Woldemarus dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae et de Landelborch Marchio vniuersis presentia visuris seu auditoris salutem in domino sempiternam. Quoniam labilis est memoria hominum et labitur cum tempore necesse est ut scripturarum testimonio comendetur, quod perpetuis temporibus conseruari debet inuiolatum. Nouerit igitur praesens etas fidelium et dicat felix successio futurorum, Quod nos de bona voluntate nostra et maturo potiorum nostrorum vasallorum consilio, ad laudem dei omnipotentis et beate perpetue virginis marie et ob honorem beati Johannis ierolymitani, pro salute animarum nostrarum videlicet et progenitorum, heredum nostrorum pariterque successorum, proprietates seu ius patronatus ecclesiarum civitatum Arnswalde et vriensteyn cum om-

nibus suis attinentis ordini facere domus hospitalis sancti Johannis ierosolymitani ac Religioso viro fratri Ulrico dicto Sueuo et suis fratribus ordinis eiusdem rite dedimus et presentibus canonice donamus, dum primum ipsos a data presentium vacare contingeret, perpetuis temporum decursibus liberaliter possidendas, Renunciantes omni juri patronatus et proprietatis nobis in eisdem ecclesiis competentibus, pro nobis et nostris heredibus siue successoribus simpliciter et in totum, cum speramus in anima et corpore piis ipsorum fratrum meritis apud deum salubriter adiuvari. In cuius firmamentum presentem paginam sigillorum nostrorum communimus patrocinio, districte mandantes, ne aliqui hominum siue heredes nostri vel vice heredum nobis succedentes, hanc donationem nostram aliquatenus presumant infringere, que nobis ad laudem dei omnipotentis et gloriose virginis matris eius Marie et ad utilitatem predicti ordinis et fratrum placuit donatione voluntaria confirmare, de nostra certa scientia et consensu. Testibus ad hanc donationem vocatis presentibus Domino Buffone comite de Lindow, Henrico et Henningo dictis de Stegheln, Henningo de Blankenburch, Conrado de Redere, Nicolao de Buok, nec non pluribus aliis fatis dignis. Actum et datum in Printzelauia, anno domini millesimo tricentesimo nono, feria sexta proxima ante dominicam Oculi mei semper.

Quas quidem litteras ex certa scientia et matura deliberatione prehabita ratificamus, approbamus et tenore presentium confirmamus. Datum Strussberg anno Domini millesimo, tricentesimo, sexagesimo primo in die diuisionis apostolorum. Presentibus venerabili in cristo patre ac domino, domino Henrico episcopo Lubucensi, nec non nobili viro Ottone Went, domino in Ilborg strenuis [quoque viris Johanne de Waldowe advocatione nostro terre Barnym, Petro de Trutenberg, Dobrigost de oft aduocato nostro ultra oderam, militibus, cum ceteris pluribus fide dignis.

Nach dem Original des Geh. Kabinet's-Archives.

V. Graf Günther von Henneberg erläßt die Prignitz der ihm geleisteten Huldigung,
im Jahre 1318.

Güntherus dei gratia Comes de Henneberg prudentibus civitatibus Havelberge, Spandowe, Kyritz, pritzwalk, perleberg et Meyenborch, Vrienstein, ac universis militibus et armigeris in districtibus earundem residentibus, nec non Castellanis in novo Castro prope perleberge, salutem omnis boni cum affectu. Ab eo fidelitatis homagio, quod nobis unanimiter fecistis, vos omnes et singulos ex nunc et omni tempore, pro potestate nostra, dimittimus liberos et solutos, presentium litterarum nostri sigilli testimonio communitarum per tenorem. Datum Spandowe Anno Domini M. CCC. decimo octavo, feria quinta ante Dominicam Letare, in presentia Domini nostri Magnifici Domini Waldemari Marchionis.

Nach zwei verglichenen Abschriften dieser ehemals im Original auf dem Rathhause zu Prizwalk befindlichen besiegelten Urkunde. Vgl. darüber Buchholz's Prignitia diplomatica Manuscript und Büsching's Reise nach Kyritz.